UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs In Primam Digesti Novi

**Bartolus**

**Lvgdvni, M.D.LXVII.**

Verborum & rerum significatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96158

Visual Library

officio iudicis intentando preſcribatur anno.contra quod fa-
cit,quod no.Ang.⁊ ibi per doc.in l.j.§.ſi quis tutor.quando ap
pellan.ſit.⁊ vide qđ dixi poſt Bar.in l.ſicut.C.de preſcrip.xxx.
anno.⁊ iſtum §.no.allegat Bal.in l.ſolennibus.C.de rei ven.⁊
vide per do.Abb.in ca.qr indicante.de preſcript.in iiij q.Et ad
de,quod ius petēdi rem,que incidit in commiſſum,durat quin-
quennio.text.ſingu.in l.iij.C.de vect.⁊ commi.⁊ Ro.no.ccclviij.
Adde Bal.ꝯſi.xivij.v.li.de eo qđ dicit de emēdatione cataſtri.

De verborum & rerum ſignificatione. Ti.xvj.

LEX I.

1 ☞ Maſculinum an concipiat femininum.Et an ex propria
ſignificatione,vel interpretatione.nu.2.

a VErbum hoc ſi quis.[a]Opp.de lega.
iij.l.Lucius.§.queſitū.Sol.Illud verum,cum
de intentione proferentis apparet.Opp.de l.j.
§.quare.ſ.de ven.in poſ.mittendo.Solu.ibi de
odio,hic de fauore.Iſta verba glo.non videntur
vera,per l.ſi quis id qđ.§.j.ſ.de iuriſd.om.iud.vnde quidaʒ vt
Iac.de Are.dicunt,†aut tractamus de odio rationabili,⁊ tunc
maſculinū concipit femeninū,l.ſi quis id qđ.§.j.de iuriſ.om.iu.
Aut de odio irrationabili.⁊ non concipit,d.l.j.§.quare.Dy.di
ſtinguit hic.Cy.in l.quicunqꝫ.C.de ſer.fug.recitat opi.Ego di-
ſtinguo ſic.Cum queritur an maſculinum cōcipiat femininnm,
dic aut maſculinnm profertur ſub nomine proprio,⁊ non conci
pit,l.ſi qs ita.§.j.cum ſua gl.in verb.ſi quis filio.in prin.de teſt.
tute.Fallit qñ profertur a lege ius commune condendo,vt in j.
Conſtit.circa fi.⁊ no.per Dy.c.qđ alicni.extra de re.iur.lib.vj.
aut ſub nomine appellatiuo profertur,tūc aut conſtat de mente
preferētis,⁊ illi ſtamus,l.Lucius.§.queſitum.de leg.iij.Aut de
mente non conſtat,⁊ tnnc aut maſculinum profertur in materia
differenti,que cōgruit maſculino,⁊ nō feminino.⁊ tunc maſculi
num non concipit femininum.l.vlt.ſ,de tu.cōiuncta.l.femine.j.
ti.j.Simile in Velleiano,per omnes leges ſ.de fideiuſ.Si vero
in materia indifferenti,ſcʒ que congruit maſculino ⁊ feminino,
tunc aut tractatur de fauore,⁊ concipit,vt hic,⁊ l.ſi quis ita.ſ.de
teſta.tutela.Aut de odio,⁊ tunc aut de odio rationabili,⁊ tunc
comprehendit femininum,l.ſi quis id qđ.de iuriſd.om.iud.Aut
de odio irrationabili,⁊ non comprehendit,l.quiſquis.C.ad leg.
Iul.maieſta.⁊ l.j.§.quare de vent.in poſ.mit. ¶ Quero vtrum
2 †concipiat femininum ex propria ſignificatione,vel ex interpre
tatione?Et gl.hic dicit,ꝙ ex interpretatione.Ex hoc dicit Dy.
ꝙ in ſtatutis maſculinum nō concipit femininum,qr iſtud eſt ex
interpretatione,que non hʒ locum in ſtatutis,l.cōſtitutionibus.
ad muni.⁊ l.ſi vero.§.de viro.ſ.ſol.mat.Contrarium tʒ Cy.in l.
quicunqꝫ.C.de ſer.fug.qui nihil alleg.Ego dico,ꝙ ex propria ſi
gnificatione maſculinum concipit femininum:qr dicitur,cōple-
ctitur,vt hic in tex.ſi complectitur,ergo non ex interpretacione
extenſiua,ſed ex ſentētia ſua.In contrariū facit l.pronunciatio.
j.eo.vbi dicitur,porrigitur,dic ergo quoddam eſt nomen com-
mune,vt homo,⁊ comprehendit maſculinum ⁊ femininum.l.no
minis.j.eo.Quedā alia nomina ſunt maſculina,vt equus,⁊ ſi.⁊
iſta ſine dubio non cōprehendūt femininū ex ſignificatione pro-
pria.ſʒ ex interpretatione qñqꝫ,vt legi⁹.ſ.alle.quedā ſunt adie-
iectiua,⁊ ſigna,vt quiſqs,quilibet,⁊ ſimi.que reſpiciūt alia ſub-
ſtantiua,⁊ in iſtis cui applicet,dic aut iſtud ſignū adijcitur etr-
mino cōmuni,vt quiſqs homo,quilibet homo.⁊ ſimil.⁊ tūc com-
prehendit femininū ex propria ſignificatione,eadē ratione,qua
ſimpliciter dicerē,homo Qñqꝫ adijcitur alicui ſigno maſculino
tantum,⁊ tunc eo caſu.quo porrigitur ad femininū,eſt ex exten-
ſione,d.l.pronunciatio.⁊ d.l.quiſquis.Aut iſta ſigna ponuntur
in oratione ſine termino,vt ſi quis corrumpit,⁊c.⁊ tunc oppor-
b tet ꝙ habeant derminationem[b]a nomine communi,vt quiſquis
homo,⁊ tunc ex propria ſignificatione cōprehendit,vt hic,⁊ ſic
debet intelligi l.ait diuus.in princ.ſ.de iure fiſ. ¶ Q ero,quid
econtra,an femininum concipiat maſculinum?Dic vt in gloſſ.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Si quis.Vide Bart.in l.j.in fi.ſ.de procu.⁊ in l.ſi quis
in tātam.C.de vnde vi.in prin.⁊ vide gl.no.i materia in c.gene
rali.de ele.in vj.⁊ tex.in l.ſi ita ſcriptū.i prin.de le.ij.⁊ ibi Imo.
⁊ quod no.Bar.in l.iura.ſ.de legi.Et ita faciūt.ſi lex vel ſtatu
tum dicat,ꝙ requiratur ſubſcriptio triū virorū.an verificet in
femina ſubſcribēte.⁊ Bal.in l.ſcripturas.C.qui po.i pig.hab.
per ilium tex.in fi.ibi,virorum.tenuit quod non.Pro quo etiā
videtur tex.⁊ quod ibi Bar.in l.j.in prin.ſ.de legi.ibi,virorūʒ
Sed contra hoc,credo ꝙ fortiter faciat doctrina ſingu.gloſſ.in
ver.preſcribentes.in cle.j.de reſcript.⁊ quod ibi not.Anto.qui
voluit,ꝙ quotieſcunqꝫ de viro fit mentio ratione frequentioris
vſus,ſed de alio nō fit mentio,tamen in alium poteſt fieri exten-
ſio,nec d.l.ſcripturas.probat,nec d.l.j.ad quam poteſt reſpon
deri,quod ibi ideo femina non pōt facere legem,qr legē cōdere
eſt iuriſdictionis,que non cadit in feminam.l.femine.j.tit.j.cū
vulgarib.igitur,⁊c.maxime cum ille talis actus,de quo in que
ſtione noſtra,in muliere ſit permiſſus,⁊ vide quod legitur,⁊ no.
in l.Lucius.§.queſitū.de leg.iij.⁊ quod no.Bald.in l.tres fra-
tres.ſ.de pac.⁊ quod dixi in l.fi.§.ſi ad Tertul.⁊ vtrum appella
tione fratris,veniat ſoror?Glo.ꝙ ſic.⁊ ibi Bart.in l.Lucius.§.
Meuia.ad Treb.Et an ſtatutum etiā odioſum loquens in pa
tre,habeat locū in matre,vide gl.⁊ ibi Bal.⁊ doc.in l.quiſquis.
C.ad leg.Iul.maieſt.Et ſi dicitur,concedo in emphyteuſim ta
libus nobilibus pro ſe,⁊ eorū gñatione.an illud verbum eorū,
comprehendat femininū,vide Bald.in l.ij.C.de iu.emphy,⁊ ſi
ſtatutum requirit cōſenſum propinquorum,an verificet r in fe-
mina.per Bal.in l.ij.in vlti.col.C.q admit.Et in l.fi.C.eo dicit
Bal.ꝙ maſculinum concipit femininum in his,que poſſūt ada
ptari feminis,non in alijs,nec in his que ratione carent.Et ad
materiā vide Ioā.And.in c.generali.in glo.de elec.in v.⁊ ele.
j.de ele.⁊ ibi Io.de Lig.qui ſequit verba Bart.hic.⁊ Spec.in
ti.de diſputa.⁊ alleg.§.poſt hec.verſi.vel maſculinum.cū ſeq.
⁊ ti.de reſcrip.preſen.§.fi.ver.ſed queritur,vtrū.⁊ per Archi.
in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.⁊ vide quo no.Bar.in l.Plau-
tius.de auro ⁊ arg.Bal.no.in d.l.quicūqꝫ.C.de ſer.fug.⁊ Bald.
in l.in multis.ſ.de ſtatu ho.Et iſtis adde queſt.quā poſui i l.j.
in prin.ad le.Iul.de vi pub.⁊ Bal.in d.l.quicūqʒ vbi de dictio
ne,quicūqʒ,⁊ de dictione,perſone,⁊ de dictione,vniuerſitas.Et
an in ſtatuto appellatione aui,veniat auia,⁊ an appellatione fi-
lij veniat filia.⁊ ſi ſtatutum dicit nullus,⁊c.an veniat femina.Et
an ſtatutum loquens de marito,comprehendat vxorē,vide per
Bal.in d.l.quicunqʒ.⁊ de materia vide Bal.i l.Gallus.i prin.
in vlti.col.de lib.⁊ poſt h.⁊ per Hoſti.in c.Raynaldus.de teſt.i
prin.lʒ alij nō tangāt.⁊ vide quod ibi dixi poſt do.Anto.⁊ vide
Pe.de Anch.in cōſi.iij.⁊ quid i reſctiptis.vide Imo.in l.ſi ita
ſit ſcriptū.de leg.ij.⁊ eſt tex.⁊ ibi do.Florē.i c.ſignificauit.de re
ſcri.vbi venit femina ſub clauſula,⁊ quoſdā alios Et appellatio
ne nepotis,cōprehenditur neptis etiā in lege correctora,vt di
cit gl.in d.l.Gallus.in prin.ſ.de lib.⁊ poſt h. ¶ Adde latius p
Alex.quando maſculinum concipiat femininum,conſilio xxx.⁊
cxxxv.⁊ lxj.j.lib.⁊ conſi.lij.iiij.lib.per Bal.cōſi.cvij.v.lib.vbi ā
ſtante ſtatuto,quod mater non poſſit rumpere teſtamentum fi-
lij,non rumpet teſtamentum filie,conſilio ccexx.quarto libro.
¶ P.P.P.De materia vide lata Iaſ.in l.ſi quis id quod.ſ.
de iuriſdic.omnium iudic.

b ¶ Claud.de Seyſſ.Determinationem.Iſtud limita ⁊ intellige
vt not.per Are.conſi.xxxix.per Alex.conſi.cxxxv.vol.j.aliquid
per Bal.in cap.ad audientiam.de.reſcript.Quid autem in neu
tro genere an concipiat maſculinum ⁊ femininum vide gl.in l.j.
in verbo,contrarias.C.ſi ſer.exter.quam allegat Bald.in l.hu-
manitatis.C.de impub.⁊ alijs ſubſtit.

LEX II.

1 ☞ Ciuitas ſi conceditur,intelligitur conceſſa cum omni eius
iuriſdictione.
2 Ciuitatis vel caſtri appellatione quid veniat.
3 Lego quod habeo in vrbe Romana,tale legatum comprehen-
dit edificia,⁊ quid quando dicitur in ciuitate Peruſina.
Verbum patria,ponitur latius,quam vrbs,⁊ ciuitas.
4 Priuilegium conceſſum ciuibus ciuitatis comprehendit co-
mitatenſes.
Ciuitas quando ponitur pro loco,muris finitur.
5 Legatum factum ciuibus ciuitatis debet accipi per curatores
Reipublice.
6 Ciuitate condemnata comitatenſes etiam dicuntur condēnati.
7 Ciuitas ſi habet muros veteres,⁊ nouos,dicitur eſſe,que eſt in-
tra muros nouos.
Homines poſſunt propria authoritate ſibi conſtituere ciuinita
tem ſine ſuperioris licentia.
Ciuitas illa dicitur in Italia,que epiſcopum habet.

a VRbi appellatio.[a]Op.de l.j.§.cum
vrbem.ſ.de offi-
cio prefecti vrbi.Glo.ſoluit,quod illud eſt verum in
1 beneficijs. ¶ † Ex hoc no.[b]ꝙ ſi Imperator concede-
b ret mihi iſtam ciuitatem tūc intelligeretur cum omni ſua iuriſ-
dictione,vt ibi,⁊ C.de bo.vac.ſi quando.j.hoc tʒ Iac.de Aret.
2 in l.ſi finita.§.ex hoc edicto.ſ.de damno infec. ¶ Quero † quid
in alia ciuitate,quam Romana?Rñd.idem quod in vrbe Ro-
c mana,l.nam quod liquide.§.ſi ita.ſ.de pen.leg.Quero qr[c]lex di
cit hic de appellatione vrbis,quid in appellatione ciuitatis?
Certe idem ꝙ in vrbe arg.c.ſi ciuitas.extra de ſen.excom.li.vj.
¶ Quero,quid in caſtro?Et idem,d.c.ſi ciuitas.⁊ C.de fun.lim.

l. quicunque. lib. x. xj. ¶ Quero, quid ſi dicam vtrūque, vt ſi dico,
lego tibi ꝙ habeo in vrbe Romana: quid continet? Et gl. dicit
continētur ſuburbia. Et glo. no. rñdet, ꝙ vrbs ſimpliciter ſum-
pta intelligat de Romana, vt Inſti. de iu. na. gē. ⁊ ciui. §. ſʒ ius.
qḋ ergo poſtea dicit, nō pōt videri adiectū cauſa demōſtrādi.
ſed cauſa ampliādi; qꝛ ꝙ ſemel eſt demōſtratū, fruſtra demōſtra
tur amplius, niſi cauſa ampliādi, l. j. §. vlti. ſupra, de dote prele.
¶ Procedo vlterius, quid in alia ciuitate, vt ſi dico in ciuitate
Peruſina. Certe tūc dicebat do. Ray. inſpiciā id ꝙ precepit, l.
ſi cōmunis ſeruus ita. ſ. de ſtipu. ſer. ſed dñs Old. tʒ contrariuʒ
per. l. vxorem. §. legauerat. de leg. iij. vbi continētur continētia
edificia, lʒ ibi dicatur patria, tñ patria, ⁊ ciuitas equiparant, vt
C. ſi cur. reli. ciui. rus habi. maluer. l. vnic. in fi. lib. x. Pro hoc
facit ſ. ad muni. l. Titio. Quid dicemꝰ? tenerē opinionem Azo.
⁊ Ray. hic, ꝙ inſpiciamus qḋ precedat. Facit l. nā quod liquide.
§. ſi ita leget, ſ. de penu. leg. Ad cōtraria reſpōdeo, qꝛ verbū pa-
tria, ponit large, ⁊ latius quā vrbs, vel ciuitas, l. iij. C. de na. lib.
d ⁊ l. veluti. ſ. de iuſt. ⁊ iur. Ut ergo iſta tibi liqueāt, diſtingue[d], aut
loquimur in beneficijs, ⁊ tūc lex cōtinet totū territoriū, l. j. §. cuʒ
vrbē. ſ. de of. prefe. vrb. ⁊ ibi no. Aut in alijs actibꝰ, vt in contra
ctibus, ⁊ in vltimis volūtatibꝰ, ⁊ alijs legibus, ⁊ tūc diſtingue, aut
dixit patriam, aut dixit ciuitat em aut dixit Peruſium aut Aſſi-
ſium, vel vtraqʒ. Si dixit patriā. ⁊ tunc cōtinent continētia edi-
ficia, l. vxorē. §. legauerat. ſ. de leg. iij. lʒ cñqʒ largius ſummat, d.
l. iij. de na. liber. ⁊ d. l. veluti. ſ. de iuſt. ⁊ iur. Si vero dicit, ciuita
tē, ⁊ tūc muris finit, d. l. nā qḋ liquide. §. ſi ita. ſ. de penu. le. Fal-
lit i caſu ſpeciali in ſi ciuitas. extra de ſen. excō. li. vj. Tertio ca-
ſu, quando dixit Bononia, Peruſium, ⁊ ſimil. ⁊ tunc continen-
tur continentia edificia, vt hic, ⁊ d. l. nam qḋ liquide. §. ſi ita. ſ. de
3 pe. leg. † Quarto ⁊ vltimo caſu, quādo dixit vtrunqʒ, ⁊ tunc aut
in ciuitate Romana, ⁊ tūc gratia ampliādi, idē eſt ac ſi dixiſſet
Rome, ⁊ ſic comprehendit cōtinentia edificia, vt hac gl. Aut lo
quimur in alia ciuitate, ⁊ tūc inſpicias quid precedat. Aut ciui
tas, ⁊ tunc muris finitur. Aut nomen, vt. Peruſinam ciuitateʒ.
⁊ tunc continentia edificia continentur ⁊ hoc ſecundum Azo.
in l. ſi cōmunis ſeruus. ſ. de ſtipul. ſeruo. hoc eſt verū qñ ciuitas
4 ponitur pro loco. Sed quero, quando ciuitas † ponit pro perſo
nis, vt lego huic ciuitati, vel continebatur in priuilegio, qḋ di-
e cebat. concedimus ciuibus, an continentur comitatenſes[e]? Ui-
detur ꝙ non cōtineantur, vt in c. Rodulphus. extra de reſcrip.
cum ſua glo. ⁊ C. ne ru. ad vl. obſe. l. j. li. xj. Breuiter dicimus, ꝙ
appellatione ciuis cōtinentur cimitatenſes. lʒ appellatione co
f mitatenſum nō contieantur ciues. Probatur[f] per l. qui ex vico.
ſ. ad muni. cōiuncta l. fi. C. de muni. ⁊ orig. lib. x. qḋ idem eſt dice
re ciuem Peruſij, ⁊ Peruſinū. l. j. ad muni. Sed video cuʒ dico
Peruſinum, ⁊ tunc eſt Peruſinus etiam comitatēſis, vt eſt gl.
in l. qui ex vico. ſ. ad muni. Preterea, ciuitas quando ponit p
g loco, fateor ꝙ tūc muris finitur. Sed quando ponitur pro popu
lo. tunc continentur omitatēſes. l. j. ſ. ad muni. Preterea pone,
5 † lego ciuibus, quero qui cōtineantur? ⁊ dico ꝙ curatores Rei-
publice debēt accipere: nō dico ꝙ curatores ciuitatis. l. Lucius
§. ciuibus. ſ. de lex. ij. ⁊ l. ciuibus. ſ. de reb. dub. Et ex hoc dico
6 ad queſtionē. qñ † quis condēnat ciuitatē, videtur condemnare
comitatenſes, niſi aliud appareat, l. ciuitates. ſ. de legat. j. l. ciui
tas. ſ. ſi cer. pet. ⁊ l. ciuitatibus. ſ. quod cuiuſqʒ vni. no. ⁊ l. omni-
7 bus ciuitatibus. ſupra ad Trebel. Sed pone, † Iſta ciuitas hʒ
muros antiquos, ⁊ hʒ muros nouos, an cōtineat id, qḋ eſt a quo
muris antiqs intꝰ, an ꝙ eſt a muris nouis? ⁊ nos poſſemꝰ intra
re in illam queſtionē, quando poſſet ex ſe homines cōſtituere ci-
h uitates, an poſſint ſua authoritate, an requiratur authoritas[h]
ſuperioris? Et dicit Inn. quod homines ſua ſpōte poſſunt ſine
authoritate ſuperioris. extra de offi. ord. ca. cum ab eccleſiaruʒ.
⁊ ibi dicit ipſe, non intelligas de ea que habet epiſcopum, ſed in
i alijs que non habēt epiſcopum: qꝛ iſtud eſt in Italia[i], qñ ha-
bēt epiſcopuʒ eſt ciuitas, ⁊ certe gl. eſt in l. ex hoc iure. ſ. de iuſti
tia ⁊ iur. quod eſt ex iure gentium. ⁊ ſic non eſt neceſſe impetra-
re. ⁊ pro hoc gloſſ. que eſt in l. j. ſ. quod cuiuſque vniuer. no. Ex
hoc concludo, quod ſtatim cum ciuitas deſinat muros veteres
habere, vt augeatur, ciuitas illa erit ciuitas, que eſt in intra mu
ros nouos. l. pupillus. §. vrbs. infra eod. Item ſi faciat foſſam,
vel pallengatum.

ADDITIONES.

a Aler. ¶ Urbis appellatio adde no. per Bar. in l. j. ſ. de iuriſd.
omnium iudicium. Et not. quod appellatione vrbis ſacre, venit
Hieruſalē. gl. ⁊ ibi Bal. in l. ij. de nau. feno. Et an ſi teſtator iuſ-
ſit fieri eccleſiā in ciuitate, poſſit fieri in burgis, vide Io. And. in
Spe. in ti. de inſtru. edi. §. nūc vero aliqua. verſi. qd ſi teſtator.
b Poma. ¶ Et ex hoc nota. Bene facit ad id quod ſcribit Pau-
lus de caſtro in. l. j. §. huius ſtudij. ver. vlti. no. ſ. de iuſti. ⁊ iur. ⁊
Bar. in l. j. §. cū vrbē. in prin. ſupra de offi. prefe. vrb. ⁊ i l. ſi fin-
nita. §. ex hoc edicto. ſupra de dāno. infec. ⁊ vide Panor. cōſilio
ſexageſimo ſecūdo. volumine ſecundo. ⁊ Ale. conſi. cxcij. vol. ij.
vbi dicit, quod alienans territorium, videtur etiam alienare fa-
cultatem edificandi, quam habet in dicto territorio.
c Aler. ¶ Quero, quia. De hoc per Iac. de Bel. in auth. quibus
modis nat. effi. ſui. ſi. qꝛ vero. ⁊ i rub. ſupra. ſol. mat. vbi de intel
lectu d. c. ſi ciaitas. ⁊ vide quod no. Bart. in l. fi. circa prin. ⁊ qḋ
ibi dixi. ⁊ Bar. in l. ſed ⁊ reprobari. §. fi. per glo. vlti. de excu. tu.
⁊ quod dixit Bar. in d. l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ⁊ quod ibi dixi.
ſupra de dān. infec. per Bal. in l. j. §. j. ſupra officio prefec. vrb. ⁊
Roma. in d. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ⁊ qḋ no. Barto. poſt
glo. in l. Reſpublica. C. quibus ex cauſis maio. ⁊ dicta Bar. hic
ſequitur Pet. de Anch. in cap. felicis. in fi. de pe. ⁊ vide no. per
Barto. ⁊ quod ibi dixi in l. j. §. ſiue autem. de operis noui nunt.
d ¶ Aler. Diſtingue. Uide Bar. in l. ſi qñ. j. C. de bonis vacan.
libro x. ⁊ Bal. in c. j. de cap. qui cu. ven. ⁊ Bal. in l. j. §. in initio.
ſupra de officio prefe. vrbis. Et ad materiam huius legis, adde
quod communis concluſio eſt, quod appellatione ciuitatis in re
ſcriptis ad lites, ⁊ in reſcriptis ad beneficia, non venit dioceſis,
nec econtra, vt in cap. Rodulphus. de reſcript. ⁊ ibi no. ꝑ gloſſ.
Pet. in c. accipimus. de etate, ⁊ qualitate. in c. fin. de prebe. ⁊ in
c. vnic. de rerum permuta. in vj. ⁊ in ca. grauis. §. quanquam. de
preben. in vj. ⁊ hec opi. tenet. licet Paulus de Leaza. in cle. ne
Romani. de elect. ⁊ Ioan. de Lig. in d. c. Rodulphus. teneant
oppoſitum, ⁊ male ſecus in materia late, ⁊ latiſſime interpretan
da, vt in materia ſtatuti iuris communis, vel quando profertur
a principe in beneficio ab eo conceſſo. Nam ſi concedit alicui ci
uitati, intelligitur concedere cū ſua iuriſdictione: ⁊ ſic etiā cum
ſua dioceſi. l. j. §. cuʒ vrbem. ſupra de officio prefec. vrb. ⁊ l. qñ.
C. de bonis vacan. libro x. facit l. fi. de cōſti. princ. ⁊ no. ibi Bar.
⁊ ita communiter tranſeunt docto. Quid autē ſi dicatur Bono
nienſis, an veniat dioceſanus. ⁊ comitatēſis. an vero de ciuitate
Bononie tantum, vide j. ea l. in queſtio. de com tatēſi. ⁊ que ibi
dixi. Et dicit Abb. in c. fi. de preben. per c. ſi ciuitas. de ſentētia
excomu. in vj. ꝙ in materia odioſa appellatione ciuitatis, non
veniūt ſuburbia, niſi talis prouiſio fruſtraretur effectu ſuo niſi
comprehenderet ſuburbia, ⁊ in hoc ille tex. eſt ſing. Et per hoc
credit, ꝙ ſi ſtatutum eſſet in ciuitate, ꝙ in ciuitate non poſſet ex-
erceri certa ars ad effectum, vt ciues ſint intenti alijs artibus:
quia non poterit exerceri in ſuburbijs: qꝛ de facili ciues frauda
rent ſtatutum eundo ad ſuburcia, facit c. ſuper ſpecula. de priui.
⁊ dicit Paulus de Leaza. ⁊ poſt eum Archi. in d. cle. ne Roma
ni. quod appellatione ciuitatis ⁊ cōmunitatis non venit diſtri-
ctus. Et ibi dicit do. Pet. quod appellatione ciuitatis, cōmuni
tatis, ⁊ diſtrictus, non veniunt terre recommēdate etiam ſi de-
tur pallium in ſignū ſubiectionis: ſed veniunt cōfederate. l. non
dubito. ſ. de capti. ⁊ ita dicit conſuluiſſe Senis per illum text.
e ¶ Aler. Comitatenſes. An appellatiōe ciuium veniāt comitatē
ſes: vide Imol. in rub. ff. ſol. mat. qui ſe remittit ad Ia. de Bel.
in auth. quibus mod. na. effi. ſui. ⁊ ibi recitat: quod Bar. eſt con
trarius hic: ſed ſoluit hic dicta, habere locum in cōceſſionibus:
ſue beneficijs: ibi vero in priuilegijs: que tanquam extraordina
ria ſtricte ſunt intelligenda: vt no. in l. fi. ſupra de conſti. prin. ⁊
vide quod ſcripſi in dicta rub. ff. ſol. mat.
f ¶ Aler. Probatur. An appellatione ciuium contineantur co-
mitatenſes, ponit Imo. in rub. ſupra ſol. mat. ⁊ in c. Rodulphꝰ.
de reſcrip. vbi ipſe: ⁊ do. Flo. dicunt: ꝙ appellatione ciuium ve-
nit ille: qui eſt de ciuitate: dioceſi vel comitatu. vbi eſt text. cum
gl. in d. l. q ex vico. ⁊ in l. ſe ⁊ reprobari. §. amplius. ff. de excuſa.
tut. verſi. ſi enim exiſtens Comaneus. ⁊ in l. ⁊ ibi Bar. ſupra ad
munici. lʒ gl. in d. c. Rodulpus. contrarium ſentia: ſecūdū eum.
adde tex. ꝺ ibi Bar. in l. j. C. de priua. carce, ⁊ adde quod Bart.
conſuluit idem. ⁊ ſequitur Arch. in c. canonum ſtatuta. in verſi.
conſuluit etiam ſuper quadam: ⁊c. de conſtit. Et dicit Bald. i l.
iij. C. de nat. lib. per illum tex. quod ille qui ex vico eſt, ſortitur
originem ex ipſa ciuitate, cui ſubeſt vicus. Et an repreſalie con
ceſſe contra ciues comprehendant comitatenſes, Bal. in l. ſi in
aliquaʒ. verſi. ⁊ predicta faciunt. ſupra de offi. pcō. Et adde, qḋ
appellatione hominum, cōtinetur ciuitas ⁊ collegium, excepta
propria perſona. Ita no. dici Bal. in c. j. de no. for. fide. in prin.
An autem iſte vniuerſitates poſſint pati tēporales penas, vel
ſpirituales, vide Inno. in c. gratum. de ſen. excom. ⁊ in c. cum
ex iniūcto. de ope. noui nun. ⁊ in c. dilecto. de ſimi. ⁊ vide Bart.
in l. aut facta. §. fi. ff. de pe. ⁊ ibi dixi.
g ¶ Muris finitur. Ciuitas muris finitur. ⁊ qualiter ciuitas ſu-
matur? adde quod not. Bar. ⁊ ibi dixi in l. j. §. ſiue autem, ſupra:
de operis noui nunciatione.
h ¶ Aler. Authoritas. An ⁊ quando homines poſſint ex ſe cōſti-
tuere ciuitatem: adde no. per Bar. in d. l. ex hoc iure. ⁊ ibi dixi.
⁊ Bar. in l. fi. ⁊ ibi dixi ſ. de colleg. illic.

Italia

Al ex. ¶ Italia. An autē ad hoc vt ſit ciuitas, requiratur epiſco
palis dignitas. Primo Barto. videtur ſentire, ꝙ non. ⁊ eſt text.
in cap. i. de priui. ⁊ vide textum, ⁊ quod ibi not. Bart. C. de met.
Beryto. l. vnic. libro xi. ⁊ l. ſi duas. §. grāmatici. vbi Bart. cum
ſeq. ſ. de excuſa. tuto. priuatur tamē ciuitas epiſcopo ⁊ honore,
ſi ipſum epiſcopum interfecit. xxv. q. ij. ita not. Secundo, quan-
do ciuitas perturbaret electionem Pape. ca. vbi periculum. §.
ciuitas. de elec. in vj. Tertio, quando Cardinalem interficiunt.
c. fel. cis. §. fi. de pe. in vj. Quarto, quando ciuitas non permit-
teret epiſcopum vel inquiſitorē punire hereticos. c. ad abolen
dam. §. ſi ciuitas. de heretic. in vj. Ad predicta adde quod dicit
Bal. de pace Conſtan. in verſi. nos Romanorum. ꝙ ciuitas ſine
preſide proprio eſſe poteſt. non tamē ſine epiſcopo: vnde epiſco
pus, rit dominus non ſolum ſpiritualis ſed etiam temporalis.
in auth. vt diffe. iudi. in §. j. adde tamen, ꝙ non omnes ciuetates
habent epiſcopum, ſicut multe in Alemania. iij. q. ij. audiuimꝰ
vide Bato. in l. reſcripta. C. de preci. Impe. offer. ⁊ late Bal. in
l. fi. in aliquam. de offic. procon. ⁊ in l. ex hoc iure. ſ. de iuſtitia ⁊
iure. ⁊ Bartol. in l. fi. ſ. de colleg. illi. ⁊ Bartol. in l. ſi heres. §. vi
cis. de lega. j. Et adde ꝙ Pau. de Caſt. in rep. d. l. ex hoc iure. d
cit, ꝙ quo ad ſpiritualia requiritur cōſenſus Pape quo ad con
ſtituēdam ciuitatem: quo vero ad temporalia. vt habeat curſū
cauſarum ciuilium, ⁊ ſimil. requiritur authoritas Imperato-
ris: ⁊ propterea dicit, ꝙ caſtra in archipiſcopatu Toloſano,
quibus Papa tantum conceſſit epiſcopatum, non gaudebunt
priuilegij conceſſis ciuitatibus per res tales cōſtitutiones. In
dubio tamen vnaqueqꝫ ciuitas habens epiſcopum, preſumitur
eſſe ciuitas Imperialis, quoniam omnibus ciuitatibus conſti-
tuti fuerunt epiſcopi. c. quanto. de offi. ordi. ⁊ in his quorum nō
eſt memoria, ſtatur iſtis cōiecturis, vt voluit Inu. in c. veniens.
do verb. ſigni. ⁊ quod ad eſſe ꝑ ciuitatis nō requirat epiſcopus,
eſt tex. in c. epiſcopi. lxxx. diſtinct.

1 ☞ Dies eſt duplex, naturalis, qui eſt vigintiquatuor hora-
num, ⁊ artificialis, qui eſt duodecim, licet creſcat, ⁊ decreſcat.

## §. Cuiuſcunque diei.

Querro, que eſt ratio: Mar. dixit rationem
ſuam: qꝛ de mane aſcendit, ⁊ de ſeo deſcendit: ſed ipſe nō fuit bo
nus aſtrologus, qꝛ ſol nō mutatur in ſuo circulo plus vna vice,
quam alia. Gl. dat aliā rationē. Iſta eſt vera, qꝛ de mane qs ſur-
git, ⁊ in mane maiorē laborem pōt ſufferre. ¶ Op. qꝛ ſm hoc vi
1 detur. † qd dies habeat xxiiij. horas. Contra ſ. de manu. l. j. Sol.
quod non habeat niſi xij. horas, ⁊ tunc non decreſcit dies, nec ac
creſcit: dic quod quidam eſt dies naturalis, qui hꝫ viginti qua
tuor horas, vt dies cum nocte. Quidā eſt dies artificialis, ⁊ tūc
dies quandoqꝫ creſcit quandoqꝫ deſcreſcit, ⁊ ſunt hore artificia
les, quas dies habet ſemper xij. ⁊ nox. xij. licet quādoque ſit ma-
ior dies nocte, verum eſt, quia habet maiores horas.

LEX III.

1 ☞ Paſſus dicitur quinque pedum, ⁊ pes intelligitur ſecun-
dum conſuetudinem ciuitatis.
2 ☞ Menſuratio fit a continentibus edificijs.
3 Menſuratio qualiter, fieri debeat.

## IN itinere.

Op. de l. continuus. §. cum ita.
ſ. de verb. obli. Glo. dicit aliud
in contractibus, hoc nō eſt verū, vt ibi dixi vobis ſm
1 Pet. quod ibi nō ſunt miliaria limitata. ¶ Quero.
a quot[a] pedum eſt paſſus: ⁊ dicit glo. qued quinqꝫ pedū. Sed qua
liter dꝫ intellige pes: dic quos ſecundum conſuetudinē ciuita-
2 tis, l. ſemper. ſ. ti. j. ⁊ l. nimis. ſ. de leg. iij. † Sed a quo dꝫ incipi: ⁊
dicit gl. quod a continentibus edificijs. Forte debemus dicere
b aliter, ſecundum ea que dixi ſupra l. prori. aut dt ciuitate[b] aut a
3 Peruſio, ⁊c. Sed an debeat fieri menſuratio per directum, † an
per vias que ſunt torte, vel eſt vallis, ſi menſuro per declinum,
vallis eſt plus quam ſi recte, ⁊ per aerem, ⁊ forte ſi eſſet curre-
rius, tunc debet fieri per viam per quam vadit, l. eos. in fine. et
ibi not. ſupra ad legem Corneliam de Fal. Item quoquomodo
tractemus de ſpatio ratione itineris, vt ibi patet. Sed quando
dicitur, ciuitas Peruſina diſtat tātum a tali loco, tunc forte ſe-
ius, Nam non videtur curandum de via per quam itur: ſed de
termino qui eo in medio inter vnum locum, ⁊ alium, ⁊ fiat men-
ſuratio per terram, ſi per eam poteſt ibi: alias per aerem. ⁊ hoc
ceterminatum eſt in quadam conſtitu. Cle. extraua. que ſtatuit
numerum inter vnum locum ⁊ alium.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quero, quot adde Bar. in l. j. ſupra. ſi qs caut. ⁊ in l. cō-
tinuus. §. cum ita. de verbo. oblig. ⁊ oum Bart. refert gl. dicen-
tem quod paſſus eſt quinqꝫ pedum. Adde quod pes eſt quinde-
cim digitorum, ſecundum glo. xvij. q. iiij. ca. ſicut.
b ¶ Alexā. Ciuitate. Adde Cy. in l. rem non nouam. C. de iudic.

LEX V.

## REi appellatio. §. Opere legato.

Oppo. de l. ⁊ ſi nō ſunt. §. quid ergo. §. de
auro ⁊ arg. leg. Gl. dicit hic, ꝙ ibi de fauo
re. Sed ſol. glo. non eſt vſqnequaqꝫ vera. qꝛ hic loquitur in lega
to, ⁊ in contractibus. dic ergo ꝙ propria ſignificatio eſt. ꝙ intel
ligatur de perfecto: ſed qnqꝫ propter fauorē ampliatur, vt ibi, ⁊
vide ſ. ad le. Fal. l. ſi is qui quadringēta. §. quedā. ⁊ qd ibi dixi.

LEX VI.

1 ☞ Rei appellatione an veniat res que non ſit in dominio.

## NOminis ⁊ rei.

Oppo. de l. Quintus. §.
argento. ſ. de auro ⁊ ar-
1 gento leg. vbi † appellatio rerum porrigitur ad eas
res. que ſunt in dominio noſtro. dicit Dy. Quādoqꝫ
apponitur dictio. res, cum hac adiectione, mea, ⁊ tunc reſtringi
tur ad ea, que ſunt in dominio noſtro: qnādoqꝫ apponitur ſigno
ſingulari, vt relinquo Stichum meū, ⁊ tūc dic vt l. Imperator.
de leg. ij. ⁊ l. Stichum, qui meus erit. de leg. j. Quandoqꝫ ſimpli
citer apponitur hoc nomen, res, ſine adiectione mea, ⁊ tunc dic,
quod ad res nobis debitas porrigitur. De hoc per Guil. in l. j.
ſupra de ſtatu hominum. ⁊ plene dixi in dicto §. argento.

LEX VIII.

1 ☞ Uerbum preſentis vel futuri temporis quando contineat
preteritum. numero. 2.
3 Uerbum preteriti temporis continet futurum, extenſiue.

## VErbum oportebit.

Oppo. qd fu
turū non con
tineat preſens, l. nouiſſima. ſ. iudica. ſol. Solu. ibi de
preſenti tantum fuit comprehenſum. ¶ Modo quia
1 tria ſunt tempora, preteritum, preſens, ⁊ futurum: † quero quid
contineat futurum: ⁊ ſine dubio porrigitur ad futurum per ſe
preſens vt hic. Item ad preteritum, vt verbum erit. Ita dicit
glo. ſed ad iſtud op. ſecundum leges, que ſunt prolate in futuro,
ad preteritum videntur extendi, cōtra l. leges. C. de legib. Dy.
dicit, quoddam eſt preteritum perfectum, ⁊ finitum, ⁊ ad id futu
rum non extenditur, d. l. leges. ⁊ in authē. vt cum de app. cog. in
prin. Quoddam eſt preteritum non finitum, ſed extenſum in fu
turum, ⁊ ad illud futurū extenditur, vt j. eo. l. verbū erit. Quod-
dam eſt preteritum partim finitum, ⁊ partim non finitum, certe
ad illud quod non eſt finitum preteritum extenditur, l. pen. C. de
2 vſu. ¶ † Quero de tempore preſenti, quid contineat: ⁊ continet
ſeipſum, ⁊ preteritum, vt j. eo. l. verbum erit. futurum non, l. ſi ſti
pulatus fuerim. §. cū ſtipulamur. ⁊ l. ſi a colono ſupra de verb.
Ita dicit iſta gl. ſed ſicuti dixi modo, non eſt verum, ꝙ continet
preſens preteritum ratione ſui, ſed bene poteſt eſſe quod prete
ritum durat vſque in preſens tempus, vt Troia capta eſt, ideſt.
durat Hoc probatur in d. l. verbū erit. ⁊ l. Aurelius. §. Titius.
Seio. ſupra. de libe. leg. ⁊ l. fi. Uel dicas clarius, quandoque cū
verbo preſentis temporis iungitur participium preteriti tem-
poris ſemper preſens dicitur continere preteritum duratione,
vt Troia capta eſt, i. durat. probatur ſupra, quod vi aut clam. l.
is qui in puteum. §. quod ait pretor. vbi eſt expreſſum: ſecus ſi
nō duraret, vt dictis legibus. Qualiter autem prorigat ad futu
rum, dic plene, vt in l. ſi ita. ſ. de auro ⁊ arg. leg. ¶ Uenio ad pre
3 teritum, † quid continet: ⁊ dic vt in gl. quod preteritum non con
tineat futurum, niſi extēſiue, vel ratione rei, cui adijcitur vt que
a legaui, l. talis [a]ſcriptura. in prin. ſ. de leg. j. quod plene dic, vt di
xi in l. ſi ita. ſupra de auro ⁊ argento leg.

ADDITIO.

a Alex. ¶ L. talis. Uide Bart. in d. l. talis. §. fi.

a

## §. Actionis verbo.

[a]Uide quod actiōis ver
bo non continetur exce-
ptio proprie, vt hic, improprie ſic vt l. j. ſupra. de except. Sic de
bet intelligi gl. in l. j. C. de iur. ⁊ fac. igno. quod eſſet verum, niſi
b exceptio eſſet [b] idem, quod actio, l. amplius non peti. in fi. ſupra
rem ratam haberi.

ADDITIONES.

a Alexan. ¶ Actiones verbo. Actionis verbo continetur exce-
ptio, quod habet locum etiam in ſtatutis, ſecundum Bald. in l.
peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. ⁊ in l. j. de except.
b ¶ Alex. Exceptio eſſet. Loquitur de exceptione compenſatio-
nis, de qua per Bart. in l. j. ſupra. de excep.

LEX X.

## CReditores.

Ibi, accipiendos, id eſt, cō-
ponendos, ad hoc ne poſſit
dicere in eorum fraudem datam libertatem, vel vt
poſſit impetrare ſeparationem ad heredibus, ſecun-
dum Iacobum de Are.

Secunda Bart. ſuper ff. nouo.

LEX XII.

1 ☞ Creditor dicitur etiam qui non ex contractu, ſed etiam ſecundum vocabuli alluſionem.

**SI cui ex empto.** Opp. Inſti. de actio. §. j. Solue, vt in gloſ. Opp. in l. naturales. ſ. de act. ⁊ obli. Reſpon. ille, cui naturaliter debetur, ⁊ ſibi actio non datur, non eſt cre
1 ditor, vt dic: ſed ſi datur actio eſt creditor. † Oppo. quod creditor non dicatur, niſi ex contractu. l. j. ſ. ſi cer. peta. Breuiter poteſt accipi creditor ſecundum alluſionem vocabuli, ⁊ tunc dicitur creditor proprie a credēdo. Alio modo dicitur creditor ſecundum communem vſum loquendi, ⁊ tunc dicitur. is qui aliuz habet obligatum.

**§. Minus.** Ibi, Soluit. i. ſoluere vult. ⁊ ibi, tardius ſoluit, id eſt, ſoluere vult. Ibi nam, ⁊ tempore, id eſt, ſine acceſſione tardati temporis. Ibi, minus ſoluitur, licet ergo ſortis ſolutionem, ſine acceſſione non recipiam, ⁊ perdatur pecunia, nō liberatur debitor. vt. C. de ſol. l. obſignatiōe ⁊ l. tutor. §. Lucius. ſ. de vſur. ⁊ ſi acciperem, non poſſem petere acceſſiones ex tali mora debitas, l. iiij. C. de poſi. licet glo. aliter dicat ſecundum Jac. de Are.

LEX XIIII.

1 ☞ Pretium in vniuerſalibus ſuccedit loco rei, non in particularibus.

**LAbeo. ⁊ Sabinus.** Dicitur hic ſecūdum gloſ. in verbo, pretium abeſt. quod pretium ſuccedat loco rei. Id nō bene colligitur hic. q2 ſi res mihi adeſt, pretium abeſt. Tex. nō ergo dicit, ꝙ pretium detur, ſicut res. Opp. ad id qd̃ hic not. imo videtur quod non ſuccedat, l. qui vas. §. fi. ſ. de fur. ⁊ l. venditor. in prin. ſ. de here. vel act. vē. Gl. in d. verbo. pretium. in prin. dicit, fallit, ⁊c. Et in eo quod dicit, quod fallit in actione, quod metus cauſa: non bene dicit: q2 illa eſt in rez ſcripta ⁊ datur ad id quod quis eſt lucratur, l. metum. §. cū autem. ſ. quod metus cauſa. ⁊ ideo ſi pretium hʒ, id venit in actione, quod metus cauſa. Idem dicit d. gl. fallit in petitione here-
1 ditatis, ⁊ in hereditatis reſtitutione. † In vniuerſalibus eſt verum, quod pretium loco rei ſuccedit, l. ſi rem ⁊ pretiū. ſ. de peti.
a here. ⁊ de leg. ij. l. Imperator. in fi. ⁊ doc. ponunt in l. mater. [a] C. de rei vendi. In ſingularibus eſt ſecus: ſed in contrarium facit d. l. vēditor. in prin. ſ. de here. vel act. ven. ſʒ falſum eſt. Sol. cogitabis. In eo qd̃ d. l. dicit de re dotali, dicā in l. j. ſ. de ſol. matr.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Mater. Vide Cy. ⁊ Bal. in d. l. mater. ⁊ Bart. in l. quis debitore. ſupra que in frau. cred.

LEX XIX.

1 ☞ Contractus quid proprie dicatur.

a **LAbeo libro primo §. Contractum.**
b [b] Tene menti gloſſ. in verbo vltro citro que. in fi. que dicit, proprie
1 contractus, † quando vltro citroqʒ naſcitur obligatio: improprie, quando ex vna parte tantum. Et hoc no. pro ſtatutis.

ADDITIONES.

a Poma. ¶ Labeo. No. etiam econtra, quod ſi ſtatutū faceret de contractibus improprijs mentionem. quod non comprehenderet contractus proprios. gl. eſt no. in c. decet domum. relata ad tex. prope fi. in gl. verbo, proceſſus. extra de immu. eccl. in vj. ⁊ tʒ do. Abb. conſi. lxxij. incip. in negotio. ver. quinimo. vel j. ad hoc no. ad ea que ponit do. Alex. in l. more. in ij. no. ſ. de acq. here. ⁊ vide ad hoc Bal. ⁊ ibi Ale. in l. ſiue apud acta. in prin. C. de tranſac. ⁊ Ange. conſi. xciiij. ⁊ Pau. de Caſt. cōſi. cccviij. ⁊ Decium in d. l. ſiue apud acta. in prin. ⁊ Fely. in c. in preſentia. cōſ. xiij. de proba. ⁊ Barba. vo. j. Imol. conſi. cxxiij. ⁊ Alex. in l. v. ſ. de verbo. oblig. ⁊ ibi late Areti. ¶ Pro ſaluando Bart. in hac l. Labeo. ij. ⁊ in quo arguatur de contrarietate, vide concordiā ad l. quod ſeruus. ſ. de ſtip. ſeruo.

b Alexā. ¶ Contractum. Quid de donatione, ⁊ tranſactione, vide gloſſ. in l. cōtractus. ad fi. C. de fide inſtr. ⁊ ibi Bal. Et ideo per iſtum tex. dicit gl. ⁊ Bal. in l. iij. C. de iure emphy. quod ſtipulatio penalis non eſt contractus. quod facit ad queſtio. de qua hic per Bald. ⁊ vide que dicuntur j. l. proxi. Et ſic facit quod ſtatutum non comprehendat ſtipulationem de quo per Imol. in l. ſtipulationum. in prin. de verbo. oblig.

LEX XX.

1 ☞ Minor an debeat reſitui aduerſus teſtamentum factum.

a **VErba contraxerunt.** [a] Jacob⁹ de Aret.
1 ponit caſum hic valde no. ponēs qd̃ minor fecit teſtamentum, vult reſtitui aduerſus id, an poſſit? Certe non per iſtam legem. Facit l. ait pretor. in prin. ſ. de mino.

ADDITIO.

a Alexan. ¶ Verba contraxerunt. Adde Barto. in l. j. §. fuit queſitum. ſupra ad Trebel. ⁊ ideo ſtatuta loquentia de contrahentibus, non habent locum in teſtamentis, vt no. Bart. poſt gloſſ. in l. teſtium. ſ. de teſti. ⁊ vide per Bartol. in l. ſi idem. ſupra de iuriſdictione omnium iudi.

LEX XXI.

1 ☞ Bonorum appellatione quid veniat, ⁊ qualiter intelligantur bona.

a **PRinceps bona.** [a] Gl. i tractat. † An
1 appellatione bonorum contineantur debita, ⁊ credita. ¶ Oppo. de l. mulier bona. ſupra, de iure dotium. Glo. ſoluit, quod quandoque verbum bonorum ponitur in priuilegio, ſeu beneficio, ⁊ tunc large: idem in teſtamentis, ⁊c. Et ſic vides, quod in cōtractu ſi proferas nomen bonum, intelligitur deducto ere alieno contra l. j. C. de here. vel act. vandi. Sol. ibi transferuntur bona ſub nomine hereditatis. hic ſub nomine bonorum, habuiſtis in l. hereditatem. ſupra, de dona. Opp. ſupra, de iure fiſci. l. eum qui. Sol. ſpeciale eſt fauore fiſci. ¶ Venio ad id, qd̃ dicit glo. in vltima voluntate large interpretatio debet fieri. Oppo. de l. ſi quis ſeruum. §. fi. cū l. ſeq. ſupra, de legatis ij. ⁊ ad idem l. non amplius. §. fi. ſupra, de lega. j. Dyn. ſoluit. Quandoqʒ bona relinquuntur in vltima voluntate ſub nomine fideicommiſſi, et tunc continentur debita ⁊ credita: aut in legatis, ⁊ tunc non cōtinentur. Petrus dicit: quia exequata ſunt fideicommiſſa ⁊ legata, l. j. ſupra de leg. j. ⁊ l. ij. C. cōmunia de leg. ⁊ dicit ipſe Petrus aliter: aut loquimur ſi relinquuntur omnia bona, ⁊ tunc loquitur iſta gloſſ. Aut relinquit partem bonorum, tunc loquitur d. l. ſi quis ſeruum. §. fi. de lega. ij. Hoc refert Cy. C. communia de lega. l. ij. Tu circa hoc dic, vt plene dixi in d. l. ſi quis ſeruum. §. fi. ſ. de lega. ij. ¶ Quero qualiter intelligatur verbum, bona? Dic, aut profertur a lege reſpectu debiti ⁊ crediti, ⁊ dic vt in l. j. ſupra, de bonis auth. iu. poſ. ⁊ l. ij. C. ad legem Juliā de vi. ⁊ l. ſi marito. ſ. ſol. matr. Et ex predictis habes diſtinctionem per te quia aut profertur a principe in beneficijs, aut a lege, aut a contrahentibus, aut in vltimis voluntatibus.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Princeps, bona. Quis proprie dicatur princeps, vide Imol. in rub. de verbo. obliga. Et an cum in aliquem transeunt bona, intelligantur deducto ere alieno, vide Bar. in l. iij. C. ad legem Juliam de vi. ⁊ vide Bar. in l. iij. in prin. ſ. de bono. poſſ. cum concord. per Bal. in l. ſi marito. in prin. ſol. ma. ⁊ ibi Ang. qui dicit, quod fiſci fauore non ſolum ſi transferuntur ex contractu fiſci appellatione bonorum, ſed etiam appellatione hereditatis intelligitur ere alieno deducto: tex. eſt no. i l. j. C. de hered. vel actio. vendi.

LEX XXIII.

1 ☞ Libellus an procedat, peto a te omnes res, quas poſſides in tali villa.

2 Petens fundum an videatur petere ſeruitutem ſibi debitam.

**REi appellatione.** Glo. in verbo. continentur. ponit exēplum in libello generaliter concepto. ⁊ vide gloſ. que
1 incipit, puta ſi generaliter, ⁊c. Sed † quomodo fuit adminus libellus cōtra caſum l. in actione. ſ. de fur. ⁊ l. ſi in rem. ſ. de rei vendi. Dicunt quidam, quod ex ſtultitia rei, qui non oppoſuit, l. vlt. C. de anna. excep. Vel poſſumus dicere, quod loqui
a tur de libello ſupplicatorie, non conuentionali. ¶ Quero [a], an procedat talis libellus, peto a te oēs res, quas poſſides in tali villa? Vos vidiſtis ſ. in l. Titia cū teſtamento. §. j. de leg. ij. ⁊ de leg. iij. l. vxorē. §. legauerat. ⁊ extra, de reſtit. ſpol. l. cū ad ſedem.
2 per Inno. † Pone, quod peto talem fundum, an videar petere ſeruitutem fundo debitam? Gloſ. hic dicit, quod non. Sed con-
b tra iſtud [b], videtur, l. via. §. ſi fundus. ⁊ §. quecūque. ſ. de ſer. ruſt. predio. Breuiter, quidam dicunt, quod iſta gloſſ. dicit male: ſed mihi videtur quod bene dicat: quia hic loquitur quando fund⁹ petitur dari, ⁊ ſic perſonali actione: ſecus ſi reali: non enim propterea venit ſeruitus, imo eſt ſeparatum iudicium confeſſorie, ⁊ rei vēdicatio, l. fundi. ⁊ l. fundum. ſupra de excep. Sed cū ago reali, ago vt detur mihi omne ius cū fundo, quoniam peto fundum mihi dari.

ADITIONS.

a Alexan. ¶ Quero. An ⁊ quando procedat libellus generalis, vide Bartol. in l. j. ſupra, de eden. ⁊ in rub. ſol. matri. in fin. ⁊ vide Bartol. per illum tex. in l. iij. §. armaenta. de rei. vendicat. ⁊ Bal. in edita. C. de eden.

b Alex. ¶ Sed contra iſtud. Vide quod no. Bartol. in l. duas. §. fi. ſ. de ſer. vrb. predio.

LEX XXV.

**R**Ecte dicimus. Oppo. ſ. de vſufru.l.
iiij. Solue in gloſſ.in
verbo ſeruitutis ſit que in omnibus partibus iuris
male ſoluit,niſi hic:⁊ vide eam que incipit,ſcȝ pars.
ibi,¶Placent.vero ſic,iſta eſt vera,qꝛ nõ eſt pars ſubiectiua,ſicut
ſpecies ad gen⁹:ſed eſt pars integralis,ſicut domus eſt paries.
⁊ iſta glo.eſt vera.⁊ gl.que eſt in l.qui vſumfructum.ſ.de ver.
oblig.⁊ in l.ſi mater.§.ſi quis iter.ff.de except.rei iudi.neſciunt
quid dicant:ibi vos remiſi ſemper ad iſtam glo.

**§. Quintus Mutius.** Quomodo reſpon.
Seruius ad ratio-
nem pꝛecedẽtem:dic vt in glo.qꝛ hoc eſt verum,quod remanet
vnus fundus.lȝ ſit diuiſus,ſi hoc diuidẽtes voluerunt qđ vnus
remaneret:alias ſecus,vt dixi in l.inter quos.ſ.de dam.infec.⁊
l.pꝛo regione.ſ.de acquirẽ.re.do.⁊ plene pono in l.ſtipulatiões
non diuiduntur.ſ.de verb.obli.vbi tractamus iſtam materiam
diuiſibilium ⁊ indiuiſibilium:⁊ in dictis legibus habetis,quod
domus poteſt eſſe diuiſa,⁊ paries in medio eſt indiuiſus,⁊ tunc
domus dicitur diuiſa,⁊ ſic eſt in arboꝛe,que eſt in cõfinio.Et eſt
bonum ſcire illud,an ſit vnus fundus,vel duo.pꝛopter id quod
habuiſtis in l.iij.verſi.quod autem.ſupꝛa de acquiren.poſ.qꝛ ſi
eſt vnus fundus.ſufficit intrare in vna parte ſui:ſi plures.opoꝛ-
tet quod in omnes ingrediatur.

LEX XXVIII.

a **A**Lienationis verbum. a Not.
ꝙ res
que pꝛohibetur alienari,⁊ vſucapi pꝛohiberur,l.vbi
ſupꝛa de vſucap.

ADDITIO.

a Aler.¶Alienationis verbum.De materia huius legis habe
tur late per Bal.in c.j.§.aut ſi liuellario.ver.expone ergo.qui
bus modis feu.amit.⁊ que dicatur pꝛopꝛie alienatio,⁊ quot mo
dis,vide eundem in ca.j.de alie.feu.⁊ quod not.in l.fin.C.de re.
alie.non alie.⁊ ibi Bal.⁊ quod not.Bar.in l.qui habebat.ver.
an ſi eſt pꝛohibita.de leg.iij.⁊ que dixi in l.ſi contra.C.de vſuc.
pꝛo empt.⁊ omnino per Inn.⁊ doc.i c.epiſcopi.de re.ec.nõ alie.
vbi habetur.⁊ notatur,qđ aliud eſt alienare ius.aliud eſt tranſ-
ferre quin etiam ſimplex locatio dicitur tranſlatio l.fi.§.ſi au-
tem.ver.trãſtulerint.cum gl.⁊ ibi Bal.C.de bonis auth.i poſ.
¶Claud.de Seyſſ.Adde etiam ꝙ qui pꝛohibetur alienare pꝛo-
hibetur ⁊ penſiones conſtituere,ſm Bal.in c.ad audientiam.ff.
de reſcrip.item pꝛohibetur pignorare pꝛo tanta pecunia,ꝙ ve-
riſimiliter non redimatur.vide.Bar.i l.legata.ſ.de ſupel.leg.

**§. Oratio.** Quid ſit coniuncta diſiuncta ⁊ ſoluta,dicã
in l.ſepe.ſ.e.Gl.foꝛmat vnam queſtio.not.
⁊ dicit,qđ ſoluta in dubio habetur pꝛo coniuncta. Contrariam
glo.habes ſ.de reg.iur.l.i eo quod.§.vbi.ſed quod hic dicitur.
verius eſt,not.per Dy.in cap.in alternatiuus.extra,de reg.iu.
in vj.⁊ dicam infra eodem.l.ſepe.

LEX XXX.

**S**Ylua cedua eſt §. Noualis.
Pone exemplum extra eodem,capitulo primo.⁊ ca.
quid per noual.

LEX XXXVI.

1 ☞ Litis appellatio dicitur ante ⁊ poſt litem conteſtatam.

**L**Itis nomen. Quero,an litis appella-
tione intelligatur ante li-
tis coneſttationem,vel poſt:gloſſ.dicit † quod ante
1 litis conteſtationem ⁊ poſt.⁊ vide in l.cauſas.C.de
tranſactio.⁊ i l.j.ſupra,de teſtibus.tenui vobis quod ãte ⁊ poſt,
in l.amplius.ſupꝛa rem ratam habere.⁊ videtur mihi quod ſit
caſus extra eo.c.ex parte

LEX XXXXVII.

1 ☞ Pꝛomiſſio facta ab incarcerato ei,qui ipſum carceratum
tenet,valet.

**Q**Ui neque.§.Solutum. Tene
men-
ti gloſſ.final.in fi.⁊ dic,quod l.qui in carcerem.ſupꝛa
1 quod metus cauſa.loquitur,† quando ſit pꝛomiſſio a
carcerato ei,qui ipſum incarcerauerat indebite:ſecus ſi debite,
quia valet inſtrumentum etiam exiſtentis in carcere.

LEX LIII.

1 ☞ Coniuncta quando ponatur pꝛo diſiuncta.
2 Copula poſita inter duo adiectiua copulatiue,⁊ non copulati-
ue,non requirit concurſum copulatoꝛum.
3 Dictio nec,⁊ dictio neque,habent vim aduerbij negatiui copu
latiue.
4 Diſiunctiua,que cadit inter genus ⁊ ſpeciem,⁊ ſic inter totum
vniuerſale ⁊,partẽ ſubiectiuam,ſeu pꝛedicamentalem ponitur
pꝛo coniuncta,ſecus quando ponitur inter totum,et partes in
tegrales.
5 Diſiunctiua quando ſumatur pꝛo,id eſt.
6 Soluta quando accipiat pꝛo coniuncta.⁊ quãdo pꝛo diſiuncta.
7 Opem pꝛeſtans furto tenetur cõdictione furtiua in ſubſidium,
quando fur non eſt ſoluendo.
8 Conſilio quando quis obligetur.
9 Conſilium duobus modis ſumitur.

**S**Epe ita comparatum. Domi
ni,iſta
eſt vna pulchꝛa lex,⁊ habet pulchꝛã materiã.h.d.
Oꝛatio coniuncta ponitur pꝛo diſiuncta,niſi iuris di
ſpoſitio alias repugnaret:diſiuncta vero poſita inter genus,et
ſpeciẽ,ponitur pꝛo cõiuncta.ſoluta vero in aliã reſoluit,ad quaȝ
facti qualitas,⁊ iuris diſpoſitio adaptat.¶Ex pꝛimo dicto ha
1 bes,† qđ interdũ cõiuncta pꝛo diſiuncta ponitur.Cõtra,ſ l.ſi he
redi plures.ſ.de ꝯdi.inſti.⁊,l.ſi ita ſtipulatus.ſ.de verb.oblig.
Sol.Iſtud eſt verũ,niſi iuris diſpoſitio repugnaret,qꝛ tũc aſſu-
mitur pꝛo diſiuncta.Iſta ſol.vera in ſe:quantum vero ad text.
2 iſtum non eſt neceſſaria.† Iſte tex.ponit copulã inter duo adie
ctiua copulatiue,vt,agnatoꝛum gẽtiliũ que,quo caſu talia adie
ctiua aſſumuntur pꝛo duabus oꝛationibus,⁊ tunc non requirit
concurſus amboꝛum.l.ea tamen.ſ.de leg.iij.Sed quãdo pone-
ret reſpectiue,vt Petrus albus ⁊ niger,iſta duo adiectiua po-
nuntur reſpectu ſubſtãtiui,⁊ tunc requirit concurſus amboꝛũ,
l.Titie textoꝛes.ſ.de leg.j.Ex iſtis verbis ego ſolitus ſuȝ dare
vnã diſtinctionẽ,quã plene dic,vt in l.ſi is qui ducenta.§.vtruȝ.
3 de re.du.vbi tractaui,materiã copulatiue.¶† Quero de dictio
ne,nec,⁊ de dictione neque,an ſint copulatiue,vel diſiunctiue?
¶Hoc anno feci te notare vnũ tex.in l.ſi ita quis ſtipulet.ſ.de
ver.oblig.vbi habet vim aduerbij negãdi copulatiue.¶Venia
4 mus ad materiã † diſiunctiue.hic dicitur,ꝙ diſiunctiua ponit pꝛo
coniunctiua.Contra de l.ſi heredi plures.ſ.de ꝯdi.inſt.⁊ l.hec
verba ille aut ille.ſ.e.Reſpon.hic cadit diſiunctiua inter gen⁹
⁊ ſpeciem,ideo accipitur pꝛo coniuncta,vt hic.Ita intelligunt
quidam l.ſi quis ita de dictione,ſeu.ſ.de auro ⁊ arg.leg.⁊ ibi di
cebam.Sed op.contra iſtud de l.j.ſ.de re.du.ſcđm vnã lec.ibi
poſitã.Breuiter diſiuncta que cadit inter gen⁹ ⁊ ſpeciem,⁊ ſic
inter totum vniuerſale,⁊ partem ſubiectiuam,ſeu pꝛedicamẽta
lem,tunc ſumitur pꝛo coniuncta,ſed quando ponitur inter to-
tum,⁊ partes integrales,tunc ſecus,l.locus.infra eodem. Sed
5 oppo.⁊ videtur † quod diſiunctiua ſumatur pꝛo,id eſt,l.iiij.ſu-
pꝛa ad leg.Aquil.vbi cadit inter genus ⁊ ſpeciem.Soluit.iſtõ
ſit pꝛopter leges,⁊ que poſtea ſequuntur,vt repugnantia iura
euitentur.De iſto ſecundo noc dico plus.Dixi in l.cum quidã.
C.de verbo.ſignificatio.⁊ ibi per docto.⁊ dicam plene in l.ſi is
qui ducenta.§.vtrum.ſupꝛa de reb.dub.¶Veniamus ad ſolu-
6 tam.Dicitur hic,quod † ſoluta quandoque accipitur pꝛo con-
iuncta,⁊ quandoque pꝛo diſiuncta. Contra ſ.eod.l.triplici.vbi
pꝛo coniuncta videtur accipi.In hoc ſunt gl.cõtrarie.Vna eſt
in l.alienationis.§.fi.ſ.eo.quod in dubio accipitur pꝛo coniũ-
cta.Quidam dicunt ſic.Aut loquitur in iudicijs,aut in contra-
ctibus,aut in vltimis voluntatibus,aut in legibus Si in iudi-
cijs,tunc niſi aliud de mente pꝛoferentis appareat,interpꝛeta-
tamur ſecundum mentem pꝛoferentis,l.ſi quis intentione.ſ.de
iudi.⁊ no.per gl.in l.alienationis.in fi.ſ.eo.Si in vltimis volũ-
a tatibus[a],tunc aut iſta ſoluta cadit inter perſonas,⁊ accipitur pꝛo
coniuncta,l.triplici.ſ.eo. Et ratio,qꝛ etiam diſiunctiua pro cõ-
iuncta accipitur,l.cum quidam.C.de ver.ſignifi.Aut cadit in-
ter res,ſeu onere iniuncta,⁊ tunc aut iſta onera iniungũtur per
modum legati,ſeu fideicommiſſi,⁊ tunc pꝛo legatarijs interpꝛe
tamur,⁊ habet vim copule,l.cum de lanionis.§.pe.ſ.de fun.in
ſtru.Aut iſta onera iniunguntur per modum cõdictionis,⁊ tũc
fauemus heredi,⁊ accipi poteſt pꝛo diſiuncta,vt ſ.titul.l.j.in eo.
§.vbi verba.⁊ per l.ſi quis ſub condictione.ſ.ſi qs omiſ.cau.te.
⁊ ibi eſt ratio.Aut iſta ſoluta ponitur in contractibus,⁊ tunc gl.
que eſt in d.l.alienationis.in fi.dicit,quod contra pꝛoferẽtẽ ſiet
interpꝛetatio,l.veteribus.ſ.de pac.imo debet dicere cõtra eũ,
pꝛo quo,⁊ ad cuius vtilitatem pꝛofertur verba,⁊ ſic in dubio
in fauoꝛẽ debitoꝛis,l.i e.§.vbi.ſ.de reg.iur.⁊ quod no.in d.l.ve
teribus.ſ.de pac.Si vero ponunt in legibus,tunc habemus le
gem iſtã,qꝛ aut apparet de mente.⁊ illi ſtam⁹,⁊ in dubio accipit
pꝛo cõiuncta,vt in pꝛin.iſtius legis,vbi interdum ſoluta ponũ
tur pꝛo ſeparatis,igitur in contrarium eſt regula.qđ pꝛo cõiun
7 ctis accipiant.¶Venio ad vltimã partem,dicitur hic.† qđ qui
pꝛeſtat opẽ furto,tenet condictione furtiua,vt ſ.de cõdi.fur.l.
pꝛoinde.So.gl.que eſt hic,dat multas ſol.Quidam tenet quod
tenetur hic furti.Alij dicunt condictione furtiua,ſi ad eum per-
uenit.Quelibet eſt vera in ſe.dic ſecundum Iac.de Are.quod

ille, qui preſtat opem furto, non tenetur cõdictione furtiua, niſi
in ſubſidium cu3 fur non ſit ſoluendo, l. peculium. §. ſi opem. ſ.
8 de pecu. ¶ Item dicitur hic, †quod qui preſtat opem, ſeu conſi
lium, tenetur. Contra, q2 nemo ex conſilio obligatur, l. ij. in fi. ſ.
mãdati. Breuiter diſtingue vtru3 eſſet alias facturus, vel non
Glo. hic tractat. Dixi vobis in l. nõ ſolum. §. ſi mãdato. ſ. de in
iur. ⁊ videbitis in l. cõſilij. ti. j. ⁊ per Dy. in c. nullus ex conſilio.
extra de reg. iur. li. vj. ¶ Ulterius op. qđ Ulpianus cõtradicat
Labeoni. Gl. nititur ſoluere, ſed nihil eſt qđ glo. dicit: ſed verus
9 intellectus eſt, qđ non contradicit. Debes ſcire, †qđ conſilium
ſumitur duobus modis. Uno modo prout refertur ad alium, vt
occidat illũ, ⁊ hoc modo ſumit in l. in furti actiõe. §. cõſiliũ ſupra
de furt. ⁊ Inſtitut. de obliga. que ex delict. §. penul. Alio modo
conſilium ſumit pro dolo, vt in ti. de his que in frau. cre. ⁊ ti. qui
⁊ a quib. man. lib. nõ fiant: Modo Labeo loquit de cõſilio, quod
impartitur alteri. Pap. cepit cõſiliũ ſecũdo modo. Nã non po-
teſt dici, dari opem furto, niſi ſim in conſilio, i. in fraude, ⁊ dolo.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Ultimis voluntatibus. Uide Bart. in l. ſtipulationes
non diuiditur. in vñ. e. ſupra de verbo. oblig.

LEX LVI.

**COgnoſcere. §. Liberorũ appellatione.** [a]Uide gl. in verb. ſed omnes. que incipit etiam naturales. in fi. Dic, quod ibi dixit generi, vel poſteris: hic loquitur de appellatione liberorum. Facit quod not. per Dyn. in ca. priuilegium perſonale. extra de reg. iur. lur. lib. vj.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Appellatione. Qui veniant appellatione liberorum, vi
de que dixi ſ. eo. l. liberorum.

LEX LXIII.

a **PEnes.** [a]Pone exemplum per legem, Titia. §. Caius. ſupra de leg. ij.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Penes. De dictione penes. ⁊ apud, vide gl. in l. ſi quid
in tantum. in ver. apud. C. vnde vi. ⁊ ibi Bar.

LEX LXVIII.

1 ☞ Excommunicatus poteſt eſſe arbitrator.

**ILla verba arbitratu.** Facit ad queſtionẽ, tan excõicatus poſſit eſſe arbitrator: Dñs Iaco.
1 diſputauit Bono. nec determinauit Dicam in l. cu3
pater. §. hereditatẽ. j. de leg. ij. ⁊ l. ex facto. §. ſi quis rogatus. §. ad Trebellia. ⁊ videtur text. quod poſſit eſſe, quia videtur capax iuris ciuilis, cum poſſit contrahere, ⁊ non eſt omnino excluſus a iure ciuili, tamen videtur cõtra iſtam legem, ibi dicam.

LEX LXX.

**SCiendum eſt heredem.** Quero, q̃ñ dicitur. filijs ſuis, ad quos extenditur: Dicam in l. Gallus. §. etiam ſi parente, verſi. quero ergo conceditur. ſ. de lib. ⁊ poſthu.

LEX XXVI.

